Indice de [illegible]

1.. Memorial ó discurso juridico dirigido al Rey por la Ciudad de Sevilla, sre. el Comercio
2.. Representacion del Consulado de Sevilla en defensa de los cargos del Fiscal de Comercio
3.. Defensa de D. Diego Gutierrez de los Rios, Gobernador de Cartagena de Indias.
4.. Parecer sre. la admon. de los pozos de nieve de Constantina.
5.. Pareceres sre. lo mismo.
6.. Relacion de las medidas de defensa tomadas en Andalucia en 1702 = Sevilla = Blas = 1702.
7.. Reforma de contribuciones, por D. Julio Gavi = id = id = 1680.
.. Memorial á Carlos 2º sre. los paises bajos.
.. Ydem de D. Diego Monteśinos al Rey, sre. rentas.
.. Ordenanzas de la Sociedad Medica de Sevilla.
.. Sre. presidencias de Medicos. = Sevilla = Blanc = 1697.
2.. Nobleza de la Casa de Lazcano en Vizcaya.
13.. Sobre la Casa de moneda de Sevilla.
14.. Carta de D. Rafael Sanz Massa al Marques de Valhermoso.
15.. Declamatio pro Religionis Seraphica.
.. Autos de la provincia de S. Antonio de los Charcas.
.. Ydem de la de los doce Apostoles de Lima.
Memorial del Gobernador de la provincia de Xalisco.
[illegible] operum Gundisalvo [illegible]
Representacion de D. Martin Moreno de Leon Gor. de la provincia de S. Antonio de los Charcas
22.. Sobre una imagen de Jesucristo de Francisco Pacheco.



COMPENDIVM IDEÆ, ET TOTIVS OPERIS,

elaborati ab A.R.P.Fr.Gundisaluo Tenorio, Peruano, Ordinis S. Francisci, & filio Conuentus Limæ, dignoreq; P. Prouinciæ Duodecim Apostolorum.

MOTIVVM OPERIS TOTIVS.

CVM Vtrumque testamentum vetus, & nouum plenum sit figuris, quæ necdum explanatæ sunt, vt ait S.Bonav. serm. 20. in Hexam. dicens: *Intelligimus aliquomodo figuras, quibus testamentum vetus, & nouum plenum est. Ideò figuræ nondum explanatæ sunt.* Quas aliquando fore explanandas, ibidem docet. Cum similiter abundet vtraque pagina vaticinijs, quæ tametsi aliquomodo, & ex parte inchoata sint compleri in primo Christi aduentu, eiusque passione, morte, Resurrectione, Ascẽsione in Cœlum, ac missione Spiritus Sancti, nondum ea videmus ex integro expleta; meritò edocti à S.Petro 1. sua Canonicap. 1. vestigijs Prophetarum insistentes, inquirimus tempus, in quo sunt explanandæ figuræ, & ad implenda vaticinia, secundum prouidentiam Altissimi.

Nondum sunt expleta omnia vaticinia.
S. Bonav. serm. 20. in Hexam.

Sic enim loquitur S.Petrus de lætitia inenarrabili Ecclesiæ futura in fine militiæ, & salutis animarum per fidem, & gratiam: *De qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt; scrutantes, in quod, vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi, prænuntians eas, quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias.* Cum magno Sacramento ait, in quod, vel quale tempus in accusandi casu, & non in quo, vel quali tempore explendæ sint tales prophetiæ, quia loquitur de salute, & gratia futura; quam post Ascensionem Christi in Cœlum habitura est Ecclesia, quando Christus Dominus adhuc regnans in Cœlo passurus est finaliter in corpore suo mystico, quas Ecclesiæ passiones sequentur futuræ gloriæ in via eius. Vnde, & nos meritò exquirimus tempus futurum, in quo sunt ad integrum explanandæ figuræ, & explendæ prophetiæ nondum explanatæ, & necdum expletæ.

Aliquando explendæ sunt.
S.Petr. 1. Canon. cap. 1.

Conuersio Iudæorum futura.
Isai.9.22.
Idem.11.v.11.
Idem 59.20.
Rom.9.& 11.

Prima prophetia necdum completa, est conuersio Iudæorum, quos propter incredulitatem repulit Christus, & dispersit. Quorum filios tandem esse conuertendos constat ex illo Isaiæ 9.22. *Reliquiæ Iacob conuertentur*, cap.11.vers. 11. *Adijciet Dominus secundo manum suam ad possidendum residuum populi sui.* Et eiusdem Isaiæ 59.20. Quibus locis accinit Paulus Rom.9.& 11. vbi ait post plenitudinem gentium, omnem Israel saluandum fore.

Extirpatio plena hæresum.
Isai.11.9.
S. Bonav. ser.13.in Hexam.
Ephes.4.

Secunda prophetia est de extirpandis cunctis hæresibus in vniuerso mundo, sicut prædixit Isaias 11.9. *Non nocebunt, neque occident in vniuerso monte Sancto meo.* Quam sententiam S. Bonav. serm.13.in Hexam. intelligit demonstris hæresum fugandis omnino ab Ecclesia. S. quoque Paulus ad Ephes.4. vbi ait futurum esse tempus, in quo cessabunt omnes hæreses: *Vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum* (scilicet Hæreticorum ait S. Thomas) pro quarum destructione continuè orat Ecclesia, & propheticè decantat, dum ad Virginem Mariam allocuta ait: *Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemisti in vniuerso mundo.*

Abolitio Idolorum.
Isai. 2. vers. 20.
Idem 31.
Ezeq.8.

Tertia prophetia est de plena cessatione Idolorum, sicut ait Isaias 2.vers.20. *Projiciet Dominus Idola*: vt solus Christus exaltetur in terra, vt ibidem repetit. Eadem inculcat, cap.31. sicut & Ezech.8.& omnes Interpretes fatentur.

Pax vniuersalis futura in toto Orbe.
Psal.45.
Isai.2.vers.4.
Mich.4.
Ezech.39.

Quarta prophetia est, de pace vniuersali in toto Orbe, quàm vaticinatus est Regius Psaltes, Psal.45. per prodigiosam ablationem omnium instrumentorum bellicorum: *Venite, & videte, vacate, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram, auferens bella vsque ad finem terræ: Arcum conteret, & confringet arma, scuta comburet igni.* Cui consonans Isaias inquit cap.2.vers.4. *Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium, nec vltra exercebuntur ad prælium.* Et Mich.4. inquit: *Non discent vltra belligerare.* De combustione armorum vide Ezech.39.

Simultaneum Regnū Christi per fidem, in vniuersa terra.
Psal.8.
Psal.23.
Psal.118.
Psal.71.
Psal.85.9.

Quinta prophetia est de vniuersali; & simultaneo Regno Christi in vniuerso mundo per fidem, Psal.8. *Quam admirabile est nomen tuum, in vniuersa terra. Omnia subiecisti sub pedibus eius*, Psal.23. *Domini est terra, & plenitudo eius: Orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo.* Et alibi sæpè Dauid dicens: *Misericordia Domini, plena est terra. Possessione tua plena est terra*, Psal.118. Et maximè Psal. 71. *Orietur iustitia, & abundantia pacis, & dominabitur à mari, vsque ad mare, & à flumine, vsque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident, &c. Et adorabunt eum omnes Reges terræ: omnes gentes seruient ei.* Et Psal.85.9. *Omnes gentes quascumque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum.*

Apertio libri, & solutio sigillorum.
Ioan.10.

Sexta prophetia est circa reserationem scripturarum in apertione libri; ex qua sequetur vnus Pastor, & vnum ouile, vt dicitur Ioann.10. Cum ergo hæc vaticinia nondum sint ad integrum expleta; adhuc enim persistunt Iudæi in sua cæcitate: hæreses in dies subcrescunt, & augentur: Idola etiam venerantur, & coluntur: viget Paganismus: nec in omnibus regnat Christus per fidem, & charitatem, & scripturæ necdum sunt reseratæ; vnde adhuc expectatur vnum Pastor, & vnum ouile merito cum S. Petro, & Prophetis supra citatis inquirimus: In quod, vel quale tempus distulerit Altissimus expletionem eorum? Et pro nostro captu respondemus, ex Altissimis finibus prouidentissimi Dei expletionem omnium reseruatam esse temporibus definiendæ præseruationis Mariæ. Nam cum venerit Dominus soluere diaboli opera, & res per easdem causas dissoluatur, per quas orta fuerat, & sciamus ex scripturis cuncta mala ortum habuisse à peccato primi Parentis puri hominis, in quo omnes peccauimus; cum declaratum fuerit vnam puram creaturam (qualis fuit Virgo Maria) non fuisse infectam tali macula peccati, infirmitas curabitur in radice, & bona, quæ fuissent in statu innocentiæ, si firmus stitisset Adam, suo modo restituentur.

Hæc omnia subsequentur ad definitionem præseruationis Mariæ.

Et hæc vnica conclusio totius nostri operis, & expletionis omnium vaticiniorum. Item quia totum opus nostrum continet ferè sexdecim tomos, opere prætium duximus præmittere Idæam, & compendium omnium nostrarum lucubrationum.

FOR-

FORMATVR COMPENDIOSA Idæa totius Operis.

1 SAcratiſsimus eſt, & myſterijs plenus, indeque in ſcripturis celeberrimus, numerus ſeptenarius, & quidem merito, quia cuncta, ſiuè naturalia, ſiuè ſupernaturalia in hoc numero operatus eſt ad extra Omnipotens Deus. Vnde Seraphicus Doctor ſerm. 16. in Hexam. inquit: *Septenarius, ſiuè in mundo ſenſibili; ſiuè in mundo minori, ortum habet à mundo archetypo; vbi ſunt rationes cauſales, ſecundum rationem ſeptenarij. Deus enim habet rationem triformis cauſæ, originantis, exemplantis, finientis, nec poteſt eſſe pluribus modis. Vnde Apoſtolus Rom. 11. Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia.* Quia cauſa materialis non habet locum in Deo. Pro ſequitur Bonav. *Ratio autem cauſandi eſt ſecundum quatuor: ſublimitatem potentiæ: profunditatem ſapientiæ: latitudinem beneuolentiæ: longitudinem æternitatis: vt poſsites (inquit Apoſt. Epheſ. 3.) comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit longitudo, &c. Potentia creat, ſapientia gubernat, beneuolentia perficit, æternitat. conſeruat. Iſte numerus vniuerſitatis in mundo, in homine, in Deo, eſt myſterialis. Secundum hunc numerum facit Deus currere mundum iſtum, & ſcriptura, quæ explicat decurſum mundi; ſecundum hunc numerum tradi debuit explicatiuè.*

Numerus ſeptenarius plenus myſterijs in ſacra pagina.
S. Bonav. ſer. 16. in Hexam.
Deus ſeptiformis in omnibus operibus ad extra.
Rom. 11.
Epheſ. 3.

2 Paulo antea dixerat ex Gregorio hom. 33. *Septenarius ſecundum Gregorium, eſt numerus vniuerſalitatis in maiori mundo, & in minori, & in Deo. Iſte enim mundus ſenſibilis, conſtat ex quatuor eleementis ſuſceptiuis influentiarum cœleſtium in tribus orbibus, influxiuis, & motiuis. Minor mundus conſtat ex quatuor eleemētis, quatuor humoribus, quatuor complexionibus, quatuor qualitatibus, & tribus viribus vitalibus perfectiuis, ſcilicet, vegetabili, ſenſibili, rationali. Vnde illa, quæ ſunt in mūdo ſenſibili, in minori mundo colliguntur in quadam puritate. Inde ſecundum Hugonē, quaternarius correſpondet corpori: ternarius autē ſpiritui.* Vnde ſicut in naturalibus mundi ſenſibilis, maioris, & minoris procedit Deus ſecundum numerum ſeptenarium: ita in ſpiritualibus, & ſupernaturalibus, & gratioſis, quæ non deſtruunt naturam, ſed potius illam perficiunt, procedit Spiritus Sanctus, ſecundum numerum ſeptenarium, & ſic dicitur ſeptiformis munere, per ſeptem eius dona.

Omnia conſtant numero ſeptenario.
S. Greg. Hom. 33.

3 Pendenda eſt ſententia Bonav. dicentis, quod Deus non ſolum ſecundum hunc numerum fecit vtrumque mundum ſenſibilem, maiorem, id eſt, Machrocoſmum, & minorem Michrocoſmum, ſed etiam quod (ſcriptura, quæ explicat decurſum mundi, ſecundum hunc numerum tradi debuit explicatiuè) ſi volumus peruenire ad eius reſerationem, & plenam intelligentiam. Vt ergo muneri noſtro ſatisfaciamus, præmittenda eſt parabola, quam refert Ioannes cap. 15. vbi diſcipulis ſuis dixit Chriſtus Dominus: *Ego ſum vitis, & Pater meus Agricola eſt. Chriſtus eſt vitis* (ait Aug. tract. 80. in Ioan.) *quà homo, & caput hominum, & quà minor eſt Patre.* Vnius enim naturæ ſunt vitis, & palmites. Vnde proſequitur Auguſtinus: *Propter quod cum eſſet Deus, cuius naturæ non ſumus, factus eſt homo, vt in illo eſſet vitis humanæ naturæ, & nos homines palmites eſſe poſſemus.* Sed idem Chriſtus Dominus, quà Deus, eſt vnus cum Patre, & Spiritu Sancto, Agricola eſt, ſicut & Pater, & Spiritus Sanctus, quia ſicut Filius accepit Diuinitatem à Patre, & Spiritus Sanctus ab vtroque, ita ab eodem accipiunt, quod ſint Agricola, vt ibidem ait Aug. ex Dionyſio, qui ſimul plantat, rigat, & intrinſecus dat incrementum, & ſine hoc nihil ſunt plantare, & rigare; iuxta illud: *Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.*

S. Ioannis ca p. 15.
Agricola eſt Pater Æternus.
S. Aug. tract. 80. in Ioan.

4 Sicut ergo Agricola cum venit tempus aptum; primo iacit ſemina, & plantat: ſecundo reſecat ſuperflua, & garrit, & laborat donec creſcunt arbores, frondent, & florent: tertio colligit fructus, & ſæparatos à paleis iterum ipſos ſerit, & ſeminat; & interim patienter ſuſtinet expectans fructum temporaneum, & ſerotinum, iuxta illud Iacob. 5. 7. *Patientes eſtote vſque ad aduentum Domini. Ecce Agricola expectat prætioſum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & ſerotinum. Patientes igitur eſtote, & confirmate corda veſtra, quo-*

Analogia, & ſimilitudo Agricolæ.
Iacob 5. 7.

niam

Iam aduentus Domini appropinquauit, &c. Sic & supremus Agricola Deus Pater vnus cum Filio, & Spiritu Sancto, in principio temporis, cui ipse dedit aptitudinem; primo iecit semina septem, in septem diebus creationis mundi; in quibus virtualiter continebantur cuncta, quæ ab initio, vsque ad finem in ordine naturæ, & gratiæ, erant futura in mundo, & Ecclesia, quam plantauit in paradyso; & ob præuaricationem transplantauit extra illum. Secundo, cum inimicus homo in corde Adam superseminasset zizania, & malum gramem, laborans in peccatis hominium, extirpare conatus est in diuisione Cain, qui fuit fructus mali graminis, ab Abel, & Seth, qui fuerunt fructus boni seminis, quod primùm seminauerat Diuinus Agricola in cordibus Primorum Parentum, & super crescẽtibus zizanijs, ita vt suffocarent bonum semen, immisit diluuium, solum relinquens bonum semen in Noe, & filijs suis, & sic in Ecclesia, veteris, & noui Testamenti operatus est, & vsque modo operatur noster Agricola, & deinceps operabitur, patienter sustinens nostra delicta, & expectans donec percipiat fructum temporaneum, & serotinum vtriusque Testamenti.

In septem primis diebus iecit Agricola Pater omnia semina.

In messe plena erit separatio zizaniorum à bono tritico.

Math. 13. 29.

5 Idque faciet cum venerit tempus messis plenæ, sicut discipulis dixit ipse Christus Dominus Mat. 13. à vers. 29. Nam dicentibus separatos esse ad colligendum zizania, respondit Dominus, se protunc non velle: *Non; ne forte colligẽtes zizania, eradicetis simul cum eis, & triticum; sinite vtraque crescere vsque ad messem, & in tempore messis dicam Messoribus: colligite primum zizania, & alligate in fasciculos ad comburendum; triticum autem meum congregate in horreum meum.* Quod fiet, quando destructo Antichristo, & exercitibus eius, iterum seminabitur verbum Dei per totum orbem, vt dicitur Mat. 24. Tunc colligentur omnia scandala de Regno Dei, & solum remanebit bonum tritici semen.

Math. 24.

Plena messis præcipuè in via patriam.

Math. 13. vers. 40.

6 Quod in sensu præcipuo, & immediato non est referendum ad patriam, nisi mediatè, & anagogicè, sed ad statum consummationis mundi, & Ecclesiæ Militantis pro Regno Christi in terris, vt patet Math. 13. à vers. 40. *Messis consummatio est sæculi; Messores Angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni cõburuntur, sic erit in consummatione sæculi. Mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de Regno eius omnia scandala, & eos, qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis.* Quæ sic genuinè interpretatur S. Gregor. ad parabolam decem Virginum homil. 12. in Euang. *Sciendum est, quod sæpè in sacro eloquio Regnum Cœlorum præsentis temporis Ecclesia dicitur. De quo alio in loco Dominus dicit Math. 13. Mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de Regno eius omnia scandala. Neque enim in illo Regno beatitudinis, in quo pax summa est inueniri scandala poterunt, quæ colligantur.* Et apud D. Thomam in Cathena, August. 20. de Ciuit. Dei inquit: *Numquid de Regno illo, vbi sunt nulla scandala? De Regno ergo isto eius quod est hic, scilicet, Ecclesia, colligentur.* Et S. Thomas per scandala, & iniquitatem, accipit Hæreticos, & Schismaticos, qui in via separabuntur à iustis.

S. Greg. Hom. 12. in Euang.

S. Aug. 20. de Ciuit.

Aliud est consummatio à consumptione.

7 *Messis*, vt hic, & cap. 24. Mathæi ait Dominus, *est consummatio mundi*; non consumptio. In quo errant Interpretes, cum audientes finem mũdi; cõfundunt, & peruertunt consummationem, & consumptionem, vnam peruersè intelligentes pro alia; alius enim est finis consumptionis, qui importat decisionem, & exterminium mundi; & longè alius est finis consummationis, qui importat vltra permanentiam mundi maximam, & summam perfectionem; & de hoc fine consummationis mundi ad litteram loquitur Dominus hoc cap. 13. & 24. Mathæi, iuxta illud Psal. 118. *Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuũ nimis, &c.* Et secundum illud Apoc. 10. quando Angelus iurans dixit, quod incipiente tuba canere septimo Angelo, consummabitur mysterium Dei ex libro aperto Scripturarum. Hoc ipsum dixerunt Abbas Ioachimus, & Bonav. de Ecclesia Militante, quod haberet triplicem statum, & quod primus iam fuisset in Ecclesia inchoata. Quod secundus Ecclesiæ promotæ vsque nunc durat, quia in dies crescit, & promouetur. Tertius tandem erit Ecclesiæ consummatæ, quando destructis omnibus aduersitatibus, & erroribus vniuersis, & ablatis cunctis hostibus, postrema pace paccata quiescet, quod futurum esse post mortem Antichristi in vno ouile Christi; plures dixerunt cum S. Bonav.

Psalm. 118.
Apoc. 10.

Triplex status Ecclesiæ Militantis.

Quod est proprium vnicuique statui.

Omnis scriptura constat seminibus arboribus, & fructibus, ad inuicem correspondentibus.

8 Adhunc statum Ecclesiæ consummatæ, siuè in seminibus, siuè in arboribus Sacramentalium figurarum veteris testamenti; siue in fructibus salutiferis legis gratiæ, debent præcedere sex tempora laboris, seu tribulationis, figura-

ta

ta in sex primis diebus operis creationis mundi, post quos in Sabbato, & septimo die requieuit Deus ab omni opere, quod sex primis diebus patrarat. Quem septimum diem originalem, & seminalē, appellat Bonav. tempus primæ quietis. Sic etiam in arboribus Sacramentalium figurarum veteris testamenti germinatis à suis seminibus, iuxta genus vnius cuiusque arboris, post sex tempora figuralia veteris testamenti ab Adam, vsque ad Zorobabel, inquibus præcesserunt cōplures labores, & tribulationes; in septimo à Zorobabel vsque ad Christum facta fuit reædificatio templi, restauratio cultus, & data est pax, sub qua venit Christus toto orbe in pace composito.

Arbores in veteri Testamento; fructus in nouo.

9 Quod septimum tempus figurale, vocat idem Bonavent. tempus pacis mediæ; ac tandem per aptissimam correspondentiam fructuum ad suas arbores, & semina, in tempore salutifero legis gratiæ à Christo, vsque ad finem mūdi; transactis sex temporibus salutiferis laborum, & tribulationum, vsque ad tribulationem Antichristi inclusiuè, quæ erit infine huius sexti temporis, in cuius vesperis, vel completorio sumus, sequetur à morte Antichristi septimum tempus Ecclesiæ Militantis salutiferum; quod vocat idem Doctor, tempus pacis postremæ sub qua mundus, & Ecclesia Militans permanebit in sua consummatione, & perfectione, vsque ad mundi ex terminium, post quod sequetur octauum Resurrectionis vniuersalis tempus, & regressus hebdomadæ mundi ad diem Dominicum, à quo in cæpit.

Sex tēpora laboris præcedunt septimum tempus pacis in seminibus, arboribus, & fructibus.

10 Septem primos dies creationis mundi sensibilis, appellat Seraphicus Doctor, septem tempora primordialia, & seminaria, à quibus *in cœpit Moyses, & ita debuit* (inquit) *facere, quia sacra scriptura debuit facere seminaria tanquam terra germinans, & post arbores figurarum, & post ea fructum.* Arbores figurarum in veteri testamento; & fructum in nouo, subscripsit Seraphico Doctori S. Bernardinus tom. 1. ser. 59. feria 2. post resurrectionem, de vniuersali Regno, & dominio Iesu-Christi, art. 1. cap. 1. vbi ait: *Sicut in prima mundi conditione fieri debebant semina operum fiendorum, sic fuerunt etiam per figuram Christianorum futurorum. Vnde in illis septem diebus quasi seminaliter processit distinctio omnium temporum, quæ exprimuntur in mundo per decursum ætatum; & hinc est quod sex diebus operum additur septimus quietis, &c.*

Mira eorum coaptatio, & correspondentia.

S. Bonav. ser. 16.

S. Bern. tom. 1. serm. 59.

11 Et licet ibi videatur illum septimum diem referre ad gloriam sempiternam, eo quod non describatur habere vesperam, iam se alibi explicuit dicens, quod septima, & vltima ætas mundi incipiet à morte Antichristi; & de illo fœlici tempore ait tom. 2. serm. 11. art. 1. *Quod omnes gentes per prædicationem illam* (que fiet Math. 24.) *recipient fidem Christi; sed adhoc necesse est quod tempus illud crescat à mane per cōgruos gradus vsque ad meridiem, &c.* Quod autē dies Sabbati non describatur habere vesperam, ideò est, quia illa postrema pax Ecclesiæ similis valdi paci triūphantis Ecclesiæ in quantum possibile est invia, immediatè coniungenda est cum pace Hierusalem triumphantis, sicut vltima dispositio ad ignem coniungitur cum forma ignis. Illa enim pax futura in præsenti Ecclesia, erit quasi vespera pacis triumphantis, & regnum quod dabitur populo Sanctorū Altissimi erit æternum, & non corrumpetur, vt dicitur Dan. 7.

Solutio obiectionis.

Bernar. tom. 2. serm. 11.

Quare septimus dies seminarius dicatur, non habere vesperam.

Dan. 7.

12 Tempus totius veteris testamenti appellat S. Doctor in speciali reuelatione sibi facta, tempus figurale, & arbores Sacramentalium figurarum. Tempus vero legis gratiæ vocat tempus salutiferum, & fructiferum; & per optimam correspondentiam secundum ordinem seminum coaptat, cuique semni suam arborem, & cuique arbori suum fructum, & cuique fructui suam visionem in Apocalypsi, eodem seruato ordine; ex cuius perturbatione necdum sunt explanatæ scripturæ. Nam si vni fructui, v. g. amigdalæ, attribuamus arborē malogranati; & semini pomi; aut è contra, error erit manifestus, & ignorantia clara. Vnde dixit Seraphicus Doctor serm. 15. *Si enim non cognosco cuius arboris semen est, non possumus cognoscere quæ arbor debet inde esse.* Ac consequenter nec fructum eius cognoscere possumus.

Totum vetus Testamentum fuit figurale.

Totum nouum fructiferum.

Æorum correspondentia, vt scripturæ intelligantur.

Bonav. serm. 15.

13 Si vero cognoscimus semen, consequenter scimus quænam futura sit arbor, & quando seminandum sit, vt talis germinetur arbor, qua agnita, facile agnoscimus tempus futurum, in quo dabit fructum suum. Vnde qui ignorat has tēporum coaptationes ad sua semina, non potest pervenire ad cognitionem mysteriorum sacræ scripturæ, sicut ait S. Bonav. serm. 15. versus finem: *Hæ sunt semi-*

Ex cognitione seminis, cognoscitur, & arbor, & tempus futurum fructus.

naria, quæ qui ignorat, scilicet hæc tempora, non potest venire ad mysterium scripturarum. Et in corpore sermonis 16. inquit quod qui non considerat temporum coaptationem, & similia nihil intelligit, cuius rationem dat in fine, quia scriptura describit successiones temporum, in quibus est magna lux, &c.

Idem serm. 16.

Correspondentia primi seminis, arboris, & fructus in vtroque testamento, & Apocalypsi.

14 Primum ergo semen appellat primum diem lucis formatæ. Huic semini ait correspondere tanquam arborem primum tempus figurale, quod vocat tempus naturæ conditæ ab Adam vsque ad Noe. Et huic primæ arbori figurali, secundum speciem sui seminis adaptat primum fructum, quem ait esse tẽpus salutiferum collatæ gratiæ à Christo, & Apostolis comprehendendo mortem Ioannis vsque ad Clementem Papam. Quibus mirè accinit prima visio Apocalypsis à capite 1. vsque ad 3.

Apoc. 1. & 3.

Secunda coaptatio, & euentus illius.

15 Secundum semen est secundus dies creationis mundi; qui dicitur tempus aquæ diuisæ. Illius arbor Sacramentalis, & figuralis, fuit tempus purgandæ culpæ per diluuium à Noe, vsque ad Abraham; quibus respondet tanquam fructus secundæ arboris Sacramentaliter figuralis iuxta genus seminis sui, tempus baptismi in sanguine à Clemente vsque ad Siluestrum; quia sub Clemente incæpit magna persecutio, & Clemens missus est in Chersonam cum Populo in exilium in Grætiam; & in illo tempore medio a Clemente, vsque ad Syluestrũ fuerunt decem maximè persecutiones Christianorum. His adaptatur secunda visio Apoc. à cap. 4. vsque ad 8. vbi clamantibus de collatorum animabus, & dicentibus Apoc 6. *Vsque quo Domine* (Sanctus, & verus) *non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum, &c? Et dictum est illis, vt requiescerent adhuc modicum donec compleantur conserui eorum, & Fratres eorum qui interficiendi sunt sicut, & illi.* Et sub Antichristo complendus est Martyrum numerus, & tunc erit vindicta in prostratione omnium hostium, vt inde relinquatur summa, & opulentissima pax ac requies Ecclesiæ Militantis.

Apoc. 4. & 8.
Apoc. 6.

Tertia coaptatio, & euentus illius.

16 Tertium semen dicitur à Seraphico Doctore dies terræ fœcundatæ, cuius arbor vocatur tempus gentis electæ, ab Abraham, vsque ad Moysem: tunc enim Deus elegit Abraham non Loth, Isaac, non Ismael, Iacob, non Esau, & Iudam non Fratres alios, vt ex Iacob descenderet Maria, de qua nasceretur Christus. Et fructus huius arboris, & seminis in lege gratiæ dicitur tempus normæ fidei Catholicæ à Syluestro, vsque ad Leonem Primum, sub quo datũ fuit symbolum fidei, quibus adscribitur tertia visio Apocalypsis à cap. 8. vsque ad 11.

Apoc. 8. & 11.

Quarta coaptatio, & euentus illius.

17 Quartum semen ab eodem Doctore vocatur dies lucis sydereæ, cui respondet arbor Sacramentalis, & figuratiua à Moyse, vsque ad Samuelem, qui vnũ Regem reprobum Saulem, & alium scilicet Dauid, electum in vnxerat. Et hoc tẽpus vocatur tempus legis statutæ à Moyse, cuius fructus legis gratiæ in nouo Testamento, fuit tempus legis iustitiæ à Leone, vsque ad Gregorium Doctorẽ, in quo statutæ fuerunt leges iustitiæ, & Canonicæ, & Regulæ Canonicæ, & Monasticæ, in quo Beatus Benedictus fuit, qui prophetauit de Beato Gregorio, & benedixit matrem eius prægnantem, quibus concinit quarta visio Apocalypsis, de muliere circum amicta Sole, Luna, & Stellis, à cap. 12. vsque ad 15.

Apoc. 12. & 15.

Quinta coaptatio, & euentus illius.

18 Quintum semen, dicitur quintus dies vitæ motiuæ, cui respondet tempus regalis gloriæ à Dauid, vsque ad Ezechiam in quo facta fuit transmigratio decem tribuum, deiectio Regis superbi, & ampliatio cultus Diuini. Et huius seminis, & arboris fructus fuit in nouo Testamento tempus sublimis Cathedræ à Gregorio, vsque ad Adrianum, cuius coaptationem optimè describit Seraphicus Doctor videndus. Nam sub Adriano mutatum est imperium, & diuisum in Constantinopolim; & in Ecclesia Occidentali Carolus fuit primus Imperator, & Rex Italiæ, de Francia, & pugnans contra Regem Longobardorum præualuit. Et etiam Patriarcha Constantinopolitanus contendens cum Romano Põtifice dicebat, se esse Patriarcham Catholicum, & vniuersalẽ, qui deuictus fuit, excommunicatus, atque humiliatus, & ampliatus fuit cultus Diuinus. Cathedra quoque Petri fuit sublimata, sicut thronus Dauid fuit exaltatus. Cætera vide apud Bonauenturam. Hoc tempus graphicè fuit descriptus in quinta visione Apocalypsis à cap. 15. vsque ad 17. vt suo loco dicemus.

Apoc. 15. 17.

Sexta coaptatio, & euentus illius.

19 Sextum semen dicitur sextus dies, quem appellat diem formæ humanæ, quia in eo conditus fuit homo, & Eclesia posita fuit in paradiso, vbi nullus aliquid dicebat esse suum sicut post peccatum introductum fuit frigidum illud ver-

4

verbum meum, ac tuum. Quod auferri inchoatum fuit in Apostolis, & primitiua Ecclesia, & conseruata in veris Religionum pauperibus. Huius seminis arbor fuit tempus vocis propheticæ ab Ozia, qui fuit leprosus, vel potius ab Ezechia, vsque ad Zerobabel. Tunc enim vaticinati sun Prophetæ omnia, quæ erant euentura in lege gratiæ; & sub Ezechia per reuersionem solis factum fuit illud miraculum, quod dies habuit 32. horas, in signum, quod in sexto fructu, & sexto tempore legis gratiæ plus lucis haberet Ecclesia, quàm in temporibus prioribus, & quod lux illius diei, & temporis plus duraret. Vnde fructus sextæ arboris, & sexti seminis appellatur ab eodem Bonav. tempus claræ doctrinæ ab Adriano, vsque ad confusionem Babylonis, & deiectionem bestiæ, quæ erit in fine huius sexti temporis, in quo sumus.

Ecclesia primum posita fuit in paradisso, vbi omnia essent communia.

Restitutio colapsorum inchoata est in primitiua Ecclesia, & conseruata in veris Religiosis.

20 Sic ipse Seraphicus Doctor: *Tempus claræ doctrinæ ab Adriano. Sed quantum durabit, quis potest dicere? Certum est etiam quod durabit, vsque ad deiectionem bestiæ ascendentis de abysso, Apoc. 19. quando Apoc. 17. confundetur Babylon, & deijcietur, & post dabitur pax.* Bene hoc tempus dicitur claræ doctrinæ, tum propter ea, quæ dicit S. Doctor de Carolo, qui iusit legi Bibliam, & libros: tum etiam quia in fine huius sexti temporis, cuius vltima spatia pervoluuntur, Angelo Philadelphiæ (qui est sextus, & idem ipse ascendens ab ortu solis habens signũ Dei viui Apoc. 7.) dandum est ostium apertum ad referandas scripturas, iuxta illud Bonav. qui locutus de sexto Angelo ascendente ab ortu solis ait: *Et dictum est Angelo Philadelphiæ, qui est sextus. Hæc dicit Sanctus, & verus, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit, claudit & nemo aperit. Scio opera tua, quia ecce dedi coram te ostium apertum, & dixit, quod adhuc intelligentia scripturæ daretur, vel reuelatio, vel clauis Dauid personæ, vel multitudini. Et magis credo, quod multitudini.* Huic sexto semini, & arbori respondet sexta Apocalypsis visio à cap. 17. vsque ad 19. secũdum quosdam; quia cap. 19. cum lætitia, & gaudio celebratur effectus apertionis libri, & secundum alios, vsque ad 20. Verum cum finis vnius temporis sit initium subsequentis, videtur de vtroque participare.

Sextum tempus in quo sumus dicitur claræ doctrine.

Bonav. serm. 16.

In fine illius dabitur ostiũ apertum Angelo Phyladelphiæ ad vniuersalem conuersionem.

Apoc. 17. & 19.

21 Septimum, & vltimum semen dicitur septimus dies, quietis primæ, in quo primum requieuit Deus ab omni opere quod patrarat, cuius seminis arbor figuralis fuit tempus quietis mediæ à Zorobabel, vsque ad Christum, qui venit toto Orbe in pace composito. Et dicitur tempus quietis mediæ, tum quia est medium inter primam quietem, & vltimam: tum quia fuit finis vnius, & principium alterius: Et quia tunc Prophetæ nihil scripserunt, & fuit silentium Prophetarum, medium inter primam, & postremam quietem. Consequenter fructus septimus, & vltimus arbori, & semini, secundum suam speciem respondens, dicitur à Seraphico Doctore, tempus vltimæ quietis, & pacis postremæ, post mortem Antichristi, & confusionem Babylonis (*à clamore Angeli habentis librum apertum Apoc. 10. qui iurauit per viuentem in sæcula sæculorum, quod tempus amplius non erit, sed in diebus septimi Angeli consummabitur*) Ita Bonav. non ait cõsummetur, aut desinet esse motus, sed consummabitur, & perficietur, quia vltra non erit tempus tribulationis, vt ait Abbas Ioachim, quia homines finem accipient; vel quia vltra non erit tempus implendæ prophetiæ, vt ait Scotus, quia iam omnes erunt impletæ. Vel vltra non erit tempus libri signati, & Sermonum clausorum, quia liber erit apertus, & à doctis intellecti Sermones antea clausi, vt dicitur Dan. 12. & Apoc. 10. Vel tandem vltra non erit tempus figurarum veteris, & noui Testamenti, secundum Bonav. quia cum Luna apparuerit plena, cessabunt omnes figuræ, eo quod tunc iam erunt explanatæ.

Septima, & vltima correspondentia.

Fælicissimi effectus huius ceptationis.

Verus intellectus illius sententiæ Tempus amplius non erit, &c.

Apoc. 10.

Ibidem.

Dan. 12.

Apoc. 10.

Ibidem.

22 Huic semini, arbori, & fructui pleno mirabiliter concinit septima visio Apocal. à cap. 21. vsque ad finem, cuius Idæam præmisit Ezechiel à c. 40. vsque ad finem. Vnde Seraphicus Doctor ex reuelatione sibi facta, sic consonantiam nobis tradidit: *In septimo tempore* (puta à Zorobabel, vsque ad Christũ, per correspondentiam ad Sabbatum, & septimum creationis diem sanctificatum) *scimus, quod hæc facta sunt, readificatio templi, restauratio cultus, & pax data est. In septimo tempore futuro erit reparatio Diuini cultus, & replebitur Prophetia Ezechielis à cap. 40. quando Apoc. 21. descendet de Cœlo Ciuitas, non quidem illa quæ sursum est Galat. 4. Sed illa, quæ deorsum est, scilicet militans, quando erit conformis triumphanti, secundum quod possibile est in via: tunc erit readificatio Ciuitatis, & restauratio sicut à principio, & tunc pax erit.* Et vt significet Apoc. 21. directe non

Apoc. 21.

Ezech. 40.

Ezech. 40.

Apoc. 21.

Ad Galat. 4.

Pax Ecclesiæ Militantis erit similis paci triumphantis.

Ibidem.

non agi de pace Ecclesiæ triumphantis,quæ erit æterna, sed de pacce Ecclesiæ Militantis habitura terminum,rogat: *Quantum durabit illa pax?* Et respondet: *Deus nouit.* Et in corpore Sermonis dixit de illa requie postrema: *Et post dabitur pax, & non est ponendus terminus, quia nullus scit quantum pacis tempus illud duret.* Cum de fide certo credamus pacem patriæ in æternum esse duraturam.

Solus Deus nouit quantum durabit illa pax.

23 Ecce concentum suauissimum scripturarum à principio, vsque ad finē pro Regno Christi vniuersali, ac simultaneo per fidem in terris, quod erit in illa postrema Ecclesiæ pace, ex definitione præseruationis Mariæ; tunc apparebit, vt Luna plena,& tanquam per pleni Lunium videbimus in libro aperto omnia Sacramtnta, vsque tunc abscondita, vt ait S.Bonav.serm.20. Iuxta dicta deberet totum nostrum assumptum compræhendi septem tomis, quorum quilibet contineret quatuor tractatus, vt sic continens quatuor angulos in firmo quadro cōsisteret in fallibilis noticia præseruationis Mariæ, v.g. Vt in primo tomo primus tractatus esset de primo semine, id est de primo die creationis mundi, in quo creauit Deus Cælum,& terram, id est animam Virginis, eiusque corpus, vel Cœlum Diuinitatis vnitum corpori humanitatis, & Spiritus Sanctus ferebatur super aquas, vt cum congregarentur aquæ in locum vnum, terra appareret arida,& sicca, idest congregatis aquis gratiarum,& donorum Spiritus Sancti in vnā Mariam, tanquam in proprium locum, terra corporis eius appareret arida, id est sicca ab humore noxio,& salsuginoso peccati innundantis totam terram, id est naturam humanam. Facta quoque est lux diuidens diem gratiæ, à tenebris noctis peccati, in qua luce primi diei Alex.Alens.S.Vinc. Ferrer, & alij, agnouerunt præseruationem Mariæ, & diuisionem eius à tenebris totius naturæ humanæ,& ideò ille dies non dicitur primus, sed emphaticè dicitur vnus, quia in præseruatione Maria non habuit secundum diem, quia in omnibus præcessit nox, & tenebræ peccati originalis, & ad illum diem, qui fuit artificialis nullæ tenebræ noctis præcesserunt. Hæc, & plura alia continentur virtualiter in hoc semine primo.

Postrema pax adscribetur definitioni præseruationis Mariæ.

Quæ virtualiter continentur in primo semine.

Idem serm. 20.

Genes, 1.

Alex. Alens. S. Vinc. Ferrer.

24 Secundus tractatus deberet esse de arbore figurali germinata à tali semine, qualis dicitur natura condita. Cum ergo omnia condita sint propter hominem, qui conditus fuit in gratia,& iustitia originali, ideò primi Parentes pro illo statu fuerunt formæ,& figuræ Christi, & Mariæ, qui soli respectiuè non habuerunt peccatum, & sic Adam, & Eua in illo statu fuerunt formæ Christi, & Mariæ, quia propter illos primam illam gratiam susceperunt. Nec solum fuit tunc figurata præseruatio Mariæ, sed & ipsius definitio futura in Enoch, qui cū esset septimus ab Adam, agens Iudas Apostolus in sua Canonica de Angelis ruentibus, qui non conseruarunt suum principatum, quia noluerunt subijci Christo,& Mariæ, vt late dicetur speciali controuersia Theologica de peccato Luciferi, dixit versu 14. *Prophetauit septimus ab Adam, Enoch dicens: Ecce venit Dominus in Sanctis millibus suis facere iudicium, &c.* Quod dixerat Dan.7. & Ioan. Apoc.1.7. De descensu Christi in nubibus, Iudas dixit: *In Sanctis millibus.* Vnde cum illi non agerent de vltima clausula Iudicij in termino suscitatis bonis, & malis, sed de inchoatione Iudicij, vt suis locis ostensum est, ita nec Iudas Apostolus. Cum ergo sic prophetasset translatus fuit in paradissum; quasi Cherub custodiēs illum, nequis intraret,& comederet deligno prohibito, iam reliquisset gladium versatilem; quod factum fuisse magno Sacramento credendum est, quod, ni fallar, aliud esse non potuit, nisi vt præfiguraret, quod septimo tempore Ecclesiæ ex definitione præseruationis Mariæ, restituendus est paradissus, à quo exules facti sumus ex peccato Adæ. Et hæc restitutio paradisi constat ex libro 4. Esdræ,& continetur in illa restitutione generali futura, de qua S.Petrus act.3. dixit: Cœlum suscepisse Christum, vsque ad tempora restitutionis omnium.

Primi Parentes in statu innocentiæ fuerunt formæ Christi,& Mariæ.

Enoch translatus designabat definitionem præseruationis Mariæ.

S. Iacob in sua Canonica.

Dan.7.

Ioan.Apoc.1.7.

Esdr.4.

Act.3.

25 Tertius angulus, & tractatus deberet agere de primo fructu primi seminis,& arboris, à Christo Domino, vsque ad Clementem. Sicut enim ante quā formaretur Sol in executione facta fuit prima lux, de qua fieret; ita ante quam fieret Christus verus Sol iustitiæ in ipso principio legis gratiæ, prius creata fuit Maria, ex qua, tanquam ex semine Dauid fieret secundum carnem,& per præseruationem condita fuit in luce gratiæ, vt esset Solis domus,& condigna habitatio eius. Ideò Abac.3. De solo Christo,& Maria dicitur, quod in vtero materno

Abac.3.

ca-

cadentibus,& incuruatis omnibus,ſteterunt tanquàm Sol,& Luna in habitaculo ſuo,inde ipſa ſtabat iuxta Crucem,per merita filij fuit præſeruata.

26 Notitiam præſeruationis Mariæ præmiſsit Dominus in parabola fortis armati, in eiectione dœmonij cœci, ſurdi, & muti, quia viſu, auditu, & loquela deiecerat primos Parentes, in cuius pœnam factus eſt cœcus, ſurdus, & mutus; in ſignum, quod cum per definitionem fuerit omnino eiectus de attrio ſuo, Eccleſia, cuius perſonam agebat illa mulier de turba, videns ſpoliatum dœmoniarcham, & perfecte eiectum foras, decantabit, beatus venter qui te portauit,quia illum non infecit ſerpentis afflatus venenoſus. Et hic fructus continetur in ſcripturis noui Teſtamenti,traditis à Chriſto,vſque ad Clementem; & cum egerimus de hoc fructu,oſtendemus in nouo Teſtamento,non ſolum agi de pręſeruatione Marię,ſed ſub profundiſsimis allegorijs tractari de eius notitia,& definitione.

Parabola fortis armati præfert præſeruationẽ Mariæ eiuſque notitiã.

27 Quartus tractatus, & Angulus quadri deberet eſſe prima viſio Apocalypſis,in qua oſtendetur mirus concẽtus fructus primi ad ſuam arborem, ſuumque ſemen. Viſus eſt enim Filius Virginis veſtitus podere in medio ſeptem candelabrorum aureorũ,quibus reſpondent ſeptem lampades ardentes,& ſeptem Stellę,quas habebat in dextera ſua,per quã plantauit Mariam; quę omnia abundantiã lucis pręferunt, quibus tanquã armis pręliaturus erat contra fortem armatum,cuſtodientem attrium ſuum,vt ligatus eijciatur ab eo; & gladius vtraque parte accutus exiens ab ore ipſius ſignificat ſententiam definitiuam, ſicut ait Alenſis ad 19. Apoc. Significari ſententiam cõtra Antichriſtum, & ſuos deijciendos. Cum ergo deijciendi ſint, ex vi definitę pręſeruationis Marię,merito dicimus per illum gladium deſignari talem definitionem. In eadem viſione, cap. 1. verſ. 7. Agitur de aduentu Chriſti in nubibus ad conficiendum Antichriſtum,ſicut pręd ixit Daniel cap. 7. & cap. 3. Agitur de oſtio ſcripturarum aperto dando Angelo Philadelphię,vt inde aperte noſcatur immunitas Marię, indeque conuertantur Iudęi,&c. Et ſic poſſemus agere de ſex ſequentibus ſeminibus, cum ſuis arboribus,fructibus,& viſionibus ſecundum ſuas ſpecies.

Apoc. 1.

Gladius ab ore Chriſti procedens ſignat definitionem.

Alen. ad 19. Apoc.

Dan. 7.

Apoc. 3.

28 Verum cum illa mirabilis correſpondentia,non ſit phyſica, nec matematica,ſed ſolum myſtica per adimpletionem myſteriorum,quę figurantur per ſemina, & arbores, nec omnia ſint ęque feracia, ſed quędam alijs fœcundiora, ſecundum quod vmbrę, & figurę ſunt proximiores, & remotiores, nequit noſtra imbecillitas illa coarctare ad æqualem numerum, pondus, & menſuram. Primus namque dies creationis mundi, non fuit dies naturalis conſtans 24. horis, ſed artificialis duodecim horarum, cui ſemini reſpondet ſicut arbor 1656. anni ſecundum Hebræos,& ſecundum Septuaginta Interpretes pluſquam mille ducenti anni ab Adam,vſque ad diluuium;& in nouo Teſtamento, & fructifero reſpondent ſolum quaſi centum anni à Chriſto Domino, vſque ad mortem Ioannis,in quo breui ſpatio ſcriptum eſt totum nouum Teſtamentum, cui aptatur quaſi in compendio,& recapitulatione prima viſio Apocalypſis.

Coaptationes non ſunt phyſicæ, ſed myſticæ.

Plus reſpondet diei artificiali, quàm naturali.

29 Secundo tamen diei,& ſemini,qui ſcilicet dies fuit naturalis habens 24. horas,reſpondent à diluuio,vſque ad Abraham, & numerantur ſecũdum computum vulgatæ,& Hebræos ſolum 292. anni,vt refert S. Bonau. & ferè tota multitudo Interpretum. In lege vero gratiæ ſolum numerantur ferè ducenti anni à Clemente,vſque ad Silueſtrum,& Conſtantinum,& in Apocalypſi ſecunda viſio,vt dictum eſt. Et ſic de cæteris reſpectiuè coaptationibus, in quibus nulla eſt æqualitas,ſed maxima diſparitas in æqualitate dierum, & 24. horarum propter diuerſitatem arcanorum, quæ diſtribuit omnium ordinator, ſecundum incomprehenſibilia iudicia conſiliorum æternorum trinitatis. Quomodo ergo poterit valde finita, & imbecillis noſtra capacitas æqualiter agere de his, quæ inęqualiter,fœcundius,vel minus fœcunde diſpoſuit ſupremus artifex? Sufficiat nobis,quę accepimus indice promere,& ſignare,vt qui apud Altiſsimum maioris lucis fuerint digni, diſtinctius rem in lucem producant,& exornent. Quamobrem ſecundum noſtrum captum, ſic opus diſtribuemus, quod numero ſeptenario,qui eſt (ſecundum Gregorium) vniuerſitatis, poterat claudi, & comprehendi.

Primus tomus.

30 PRimus ergo totius nostri operis tomus, continebit idęam, cuius compendium omnibus, hic proponimus, & cum simus Maculatissimi, ipsam idęam appellamus Immaculatã, tum quia est ipsa Diuina Trinitatis idęa, & exemplaris causa primi agentis, per intellectum; tum quia respicit directè, & primario, ex meritis Christi Immaculatissimam Virginem Mariam, de cuius priuilegio speciali, & prærogatiua, solum agunt nostræ lucubrationes, & de mirabilibus effectibus redemptionis generis humani, quos tanquam thesauros, sapientiæ, & scientiæ suæ, vsque adhuc clausos, & absconditos in Arca Testamenti scripturarum, vtriusque paginæ, posuit Altissima Dei prouidentia in præseruatione Mariæ, reserandos in definitione, & notitia authentica talis præseruationis, quam definitionem non esse in eo statu quẽ opinantur Moderni, vt solũ sit expectanda voluntas Pontificis nouiter ostendimus in fine ideę, ne nos decipiat nimium desiderium videndi talem definitionem. Et quia ad reserandum ea; quæ in Arca sunt abscondita, necessaria est clauis ad aperiendum arcam. Ideò.

Merita Christi principalius pro præseruatione Mariæ.

Omnes Thesauri Dei dirigendi ex notitia infallibili præseruationis Mariæ.

Immunitas Mariæ necdum est in vltimo statu definitionis.

Secundus tomus.

31 Secundus tomus ostendet clauem Regiam, & Magistram ad aperiendum scripturarum, & arcanorum ostium promissum Apoc. 3. Angelo Philadelphiæ, qui est sextus, & ille ipse quem Ioannes vidit Apoc. 7. Habentem signum Dei viui, & signantem in frõtibus, idest in aperta confessione fidei Iesu-Christi omnes electos, & prædestinatos, qui tunc erunt, ne eis noceant Angeli mali soluendi, qui nunc sunt ligati in Euphrate. Hæc clauis Dauid Regia ad aperiendum ostium, directè respicit secundum Christi adventum, ex cuius intelligentia, & non aliter intelligendæ sunt scripturæ, vt diffusè prosecuti sumus in hoc secundo tomo; nam cum Iudæorum conuersionem, quæ erit post introitum plenitudinis gentium, secundum Apostolum Rom. 11. referat Malac. vlt. cap. ad finem, & secundum Christi aduentum, non mirum si clauem Dauid ad aperiendum scripturas adscribamus secundo Christi aduentui.

Apoc. 3.
Apoc. 7.

Angelus Philadelphiæ, est ipse sextus abens signum Dei viui.

Signabat Franciscum, & eius Familiam.

Rom. 11.
Malac. vlt.

Tertius tomus.

32 Tertius tomus erit de vniuersali, & simultaneo Regno Christi in vniuerso terrarum Orbe, quod necdum est, sed erit in fine ex definitione præseruationis Mariæ, vt sicut totum fuit simul in Adam puro homine rebellatum ipso peccante, ita per antithesim ex notitia præseruationis vnius puræ creaturæ, totum recuperaretur, & suo Dominio restituatur. Hic tomus inter alia cõtinet duo mirabilia: vnum quod ex cumulo omnium hominum ab Adam, vsque ad vltimum, longe plures saluandi sunt in honorẽ Mariæ præseruatæ ex meritis Christi, quã ex peccato Adæ fuerint condemnandi, vt in effectu ipso superabundet gratia Christi, & deprecatio Mariæ, vbi delictum abundauerat. Electio enim prædestinatorum facta ante præuisionem peccati Adæ, per eius transgressionem quasi impedita mansit, donec declaretur, & promulgetur tãquam veritas infallibilis præseruatio genitricis Dei. Extunc enim ablatis impedimentis, electio Dei suum plenum effectum consequetur.

Regnum Christi simultaneum in toto Orbe ex definitione præseruationis Mariæ.

Ex tota collectione hominum plures sunt saluandi, quâm condemnandi.

Creatio electorum decreta ante præuisionem peccati Adæ.

Creatio reproborum decreta post præuisionem peccati Adæ.

Doctrina vigilanter notanda.

33 Alterum mirabile est circa genealogiam, & descendentiam Christi, & Mariæ ex Regali progeniæ Primogenitorũ, pro qua omnes tã veteres, quãModerni multũ insudarunt, non tamen invenerunt vbi requiescant mentes Interpretũ, dũ Ioachimũ Virginis Parentem opinati sunt, vel esse de Tribu Leui, vel de Tribu Dauid, & Iudã, non tamẽ per lineam Salomonis, quam describit Matthæus, sed per lineam Natham depictam per Lucã. Si enim Ioachim, non descenderet per lineam primogenitorum à Dauid per Salomonem, lex primogenitorum, & lex fœminei hæredis, quæ vnice respiciebant Christum, vt finem legis, non fuissent adimpletæ in Christo, quod absit à mente cuiusuis Catholicis quia lex primogenitorum respiciebat Christum descensurum per lineam primogenitorum in acceptatione, & electione Diuina, vtpotè in ea fuit Christus omnium primogenitorum primus, primogenitus in intentione Diuina, & exẽplar illorum, licet in executione fuit postremus primogenitus lineæ genealogiæ Christi, immo quia posterior in executione, ideò debuit esse primus primogenitus in intentione.

Christus, & Maria per Ioachimum processerunt ex Regali progenie primogenitorum.

Christus cum Maria prior in intentione Dei, & ideô posterior in executione.

Lex primogenitorum, & mulieris hæredis.

34 Lex quoque fœminę hæredis petebat, vt mortuo Patre sine filio hærede;

de, filia hæres nuberet cum proximiori consanguineo eiusdem familiæ defuncti Patris, & Ioseph non poterat esse propinquior consanguineus Ioachimi, & Mariæ per lineam virorum, si Ioachim descenderet à Dauid per lineam Natham, vt volunt Moderni, & Ioseph per lineam Salomonis, quam enarrat Matthæus, & consequenter non poterant esse Ioseph, & Ioachim de eadem familia, vt à lege cogerentur Ioseph, & Maria matrimonium contrahere. Numera personas à Ioseph, vsque ad Dauid per Salomonem, & à Ioachim per lineam Natham, & inter se distabunt, secũdum Matthæum, & Lucam, per fere triginta gradus, plus, aut minus, atque adeò Ioseph non potuisset esse de eadem familia, nec proximior consanguineus Mariæ per Ioachim, vt ex lege filiæ hæredis deberet nubere Maria cum Ioseph.

Si Ioachim descenderet à Dauid per Natham, non esset de eadem familia, cum Ioseph ex Regali progenie.

35 Vnde per lineam Salomonis Eleazar genuit duos filios, vt retulit Amadæo Gabriel, qui rem bene nouerat; vnum vocauit Eli, qui respectu alterius Eli iunioris eiusdem familiæ, dictus est Eli senior ab eodem Gabriele. Iste Eli senior filius Eleazar genuit Ioachim, qui ex reuelatione eiusdem Gabrielis vxorem duxit Annam ex Tribu Leui, à quibus genita fuit virgo. Alium filium genuit Eleazar, quem vocauit Matham fratrem Eli senioris Patris Ioachim, à quo Matham per Iacob descendit Ioseph vir Mariæ, quia mortuo Eli Iuniori Fratre Iacob vterino, vt quidam volunt, siue ex parte Patris, vt alij censent, Iacob duxit vxorem fratris sui, à quibus descendit Ioseph, & sic constat Ioachimum, & Mariam esse de eadem familia cum Ioseph, esseque consanguineos intra quartum gradum.

Ioachim ex Regali progenie à Dauid per Salomonem.

Fuit eiusdem familiæ intra quartum gradum.

36 Nec obest, quod Matthæus omisso Eli seniore filio Eleazar, & Patre Ioachimi, solum meminerit Matham, quem dicimus esse secundo genitum ab Eleazar: tum quia cum esset proxima incarnatio Verbi, & secundum consilia æterna oportebat incarnationem cælari diabolo, & perfidis Iudæis occissoribus Christi, ideò ex instituto omisit Matthæus, vt organum Spiritus Sancti generationem Eli, qui genitus fuerat ab Eleazar: tum etiam quia quantumuis Matham, à quo descendit Ioseph, fuisset primogenitus Eleazar; & Eli Pater Ioachimi fuisset secundogenitus, & ideò omissus à Matthæo propter rationem dictam. Et vtroque modo probatur Christum per Mariam fuisse de Tribu Iudà, & de domo Dauid, vt cuncti fatentur, sed dispariter, quia per lineam Ioseph solum legaliter, & putatiuè, quia solum fuit Ioseph Pater putatiuus Christi, & ad litteram ex lege mulieris hæredis constat esse ex eadem Tribu, & Familia.

Assignatur linea generationis Ioachimi per Salomonem.

Consulto Matthæus omisit primogenitum, transiens ad secundogenitum; vt partus Mariæ cælaretur diabolo, & Iudæis.

Solum legaliter, & quasi à posteriori per Ioseph probatur Mariam esse de Tribu Regali, scilicet, ex lege mulieris hæredit.

37 Quod autem per Mariam Christus fuerit in re exortus ex progenie Regali, & primogenitorum, vt esset vltimus Rex, & vltimus primogenitus in executione in linea suæ generationis, apertè comprobatur ex prima ratione, quod Eleazar genuerit Eli seniorem, hic genuerit Ioachimum, qui ex Tribu Leui duxit Annam in vxorem. Sic me docuit per Amadæum Gabriel, & colligitur ex S. Bernardino tom. 1. serm. 61. art. 1. cap. 1. Vbi ait, Virginem fuisse nobilius indiuiduum, seù nobiliorem creaturam omnibus indiuiduis in humana natura. Cuius rationem reddens ait: *Christus totam à Virgine humanitatem recepit, & dignitates, quæ ad humanitatem sequuntur, scilicet, vt diceretur filius Dauid, &c. Quod esset vltimus Dux, vltimus Rex, & vltimus Patriarcha totius populi Israel, vnde habuit nisi à Virgine gloriosa?* Et vnde, vel à quo totum hoc habuit virgo nisi à Ioachim? Nam Anna fuit de Tribu Leui, vt sic Christus esset simul Rex, & Sacerdos. Nullus ergo temerè iudicium faciat, donec patienter expectet, & legat scripturas, quas allegamus, & omnes sciant nos, non solum in hac intelligentia, sed in omnibus nostris operibus subijci iudicio Ecclesiæ, & aliorum sapientiorum.

S. Bernardin. tom. 1. ser. 61. art. 1. cap. 1.

Anna de Tribu Leui.

38 Quartus tomus aget de meritis Christi, & martyrio Mariæ, quibus respectiuè meruerunt plenam possessionem Regni, & notitiam authenticam præseruationis Mariæ, vbi assignabuntur stupẽdi dolores Christi, & Mariæ, & Theologicè examinabitur si ad essentiam martyrij expectat mors actualis, vt opinantur D. Thomas, & Scotus, & acerrimè defendit Caietanus contra Martinum de Magistris. Si enim fuerit probabilis opinio D. Thomæ, & Scoti, cum Virgo Maria fuerit plusquam Martyr, erit & probabile Mariam imitatricem Christi in actu omnium perfectissimo, qualis fuit mors Christi, mortuamque fuisse cum Christo, & resurgentem rediisse ad vitam. Et tandem aperiemus nostram mentem, & concordabimus dicta Apostolorum, & aliorum Patrum, atque Interpretum.

Quartus tomus.

Martyrium, & dolores Mariæ probabiliter explicantur, secundum probabilem opinionem S. Thomæ, & Scoti.

S. Thom.
Scotus.
Caietan.

tum. Quæ dicuntur in his quatuor tomis sunt antecedentia, connexa,& consequentia ad principale argumentum nostri operis, circa definitionem præseruationis Mariæ.

Quintus tomus.

39 Quintus tomus, qui in ordine quasi naturæ debebat esse primus, continebit septem semina, idest, septem primoreiales dies creationis mundi, in quibus virtualiter continentur cuncta, quæ operaturus erat Deus præcipuè in ordine supernaturali redemptionis mundi à principio vsque ad finem, sicut in semine virtualiter continentur radix, truncus, cortex, ramus, medula, frondes, flores,& fructus arboris. In scriptio erit: SEPTEM SEMINA IMMACVLATA. Et in omnibus, ac singulis ostendemus per vmbras,& figuras remotiores, & proximiores, agi de præseruatione Mariæ,& notitia talis præseruationis, pro recuperando Regno vniuersali,& simultaneo Christi. Et quia correspondentia, & coaptatio trium priorum temporum Sacramentalium figurarum, vti remotiora non sunt ita fœcunda, adijcientur huic tomo tanquam eius secunda pars, & forte in alio tomo.

In septem seminibus, & totidem generibus arborum veteris Testamenti, per vmbras, & figuras remotiores, & proximiores, signatur præseruatio Mariæ.

Sextus tomus.

40 Sextus tomus erit de quarto semine; nam in quarto die Dominus Cœlos, quos condiderat primo die, ornare cæpit Sole, Luna, Stellis, & Astris, & cum peractum fuerit de quarto tempore figurali legis statutę à Moyse, vsque ad Samuelem sub quo flumem Iordanis retrogressum transiuit Arca sicco pede; Iosuè sistere fecit Solem,& Lunam contra Gabaon; Debora rexit populum; Iael caput Sisaræ transfixit,& populus liberatus est; quæ minus remote figurarũt præseruationem Mariæ, quam signabãt Arca, Debora,& Iael: ex instituto interpretabimur caput 12. Apocal. Vbi cum apertum esset Templum Dei in Cœlo Ecclesiæ vissa fuisset Arca Testamenti, apparuit Ioanni signum magnum, Mulier scilicet in vtero habens masculum, circumamicta à capite, vsque ad plantam pedum luce Stellarum Solis, ac Lunæ, & sic armata, & scuto lucis circumdata pugnans cum dracone, illumque triumphans. Intitulabitur: MVLIER IMMACVLATA.

Iof. 3.4 & 5.
Iof. 10.12.
Iud. 4.4. & 17.22.

Quarto semini, & arbori respondet cap. 12. Apoc.
Apoc. 12.

41 Ad litteram enim totum caput exponemus de Maria Virgine, eiusque illuminatissima conceptione,& quomodo habens in vtero verbum in signo fuerit ostensa cunctis Angelis viatoribus, cum conditione si vellent saluari,& consequi vitam æternam, ad quam erant eleuati, Christum,& Mariam respectiuè adorarent,& venerarentur, secus damnarentur. Et cum Ioannes, iam illam diu oculis suis conspexisset,& cum ea familiarissimè conuersatus fuisset, cum magno Sacramento respectu futurorum in fine dicitur Ioanni in Cœlo Ecclesiæ apparuisse triumphum reportans de dracone, quia per definitionem apparebit omni luce circumamicta toti mundo.

Primus sensus litteralis est de Maria Virgine, ostensa Angelis viatoribus.
Significat etiam Immaculatam Conceptionem Mariæ.

42 Huic tomo adijcietur alter tractatus, qui posset dici septimus tomus; continebit secundum sensum litteralem eiusdem mulieris, circa definitionem præseruationis Mariæ, designatam per partum masculum. Nam inter omnia opera meritoria Christi, sola, & vnica præseruatio Mariæ potest, & debet dici partus masculus meritorum filij. Et quia hoc opus masculum iamdiu conceptum,& in dies crescens pariet per definitionem Pontifex, aprime describitur per illam mulierem prægnantem, vere clamantem, & parturientem, & cruciandam, vt pariat prædictam definitionem. Quam deuorare cupiens draco, persequetur Pontificem, & Ecclesiam, mediantibus Stellis, quas cauda sua trahet de Cælo Ecclesiæ, de quibus dicitur, vers. 15. *Et misit serpens de ore suo, post mulierem aquam tanquam flumen, vt eam faceret trahi à flumine, &c.* Sed non poterit, & inde iratus draco in mulierem, abibit facere prælium, cum reliquis de semine eius, idest, cum fidelibus; & ad hoc stabit super arenam maris, Apoc. 12. in fine, idest super Iudæos, qui passim in scripturis dicuntur arena maris, & expectabit bestiam, de qua immediate loquitur Ioannes à principio cap. 13. Bestiam enim accipient in suum Messiam, donec cognoscant se ab ea fuisse deceptos,& inde conuertantur.

In secundo sensu litterali, & parabolico, mulier signat Pontificem definientem præseruationem Mariæ, & pugnam tunc futuram cum dracone, & eius corpora.
Apoc. 12. vers. 15.

Arena maris supra quã stabit draco signat Iudæos incredulos.
Apoc. 13.

Septimus tomus.

43 Tomus septimus (& potest dici octauus) de quinto semine (quod dicitur vitæ motiuæ, cui respondent in veteri Testamento tempora regalis gloriæ a Dauid, vsque ad Ezechiam,& in nouo tempore sublimis cathedræ à Gregorio, vsque ad Adrianum) cõstabit quam magnificè egerit Regius vates de nostro assumpto præseruationis Mariæ, de eius clara notitia per definitionem, & de

Tresquinquagenæ Psalmorum, significant tres Iubileos Ecclesiæ.

de Regno vniuersali, ac simultaneo Christi, ex notitiia immunitatis Mariæ. Tres enim quinquagenæ, ita veraciter rem illustrant, vt nos cogat eas partire in duos tomos. Tres enim quinquagenæ inducunt tres plenissimos Iubilæos. Primus, qui fuit in aduentu Christi respondit Patri, qui misit filium, vt captiuos homines liberaret. Secundus erit à definitione præseruationis Mariæ, & respondebit filio, quia eius meritis fuit præseruata, & etiam per eadem merita promulgabitur tanquam veritas infallibilis. Tertius Iubilæus, & vltimus, qui erit in resurrectione vniuersali, attribuetur Spiritui Sancto.

44 Tomus octauus continebit secundam partem Psalmorum pro nostro argumento fœcundissimam. *Octauus tomus.*

45 Tomus nonus complectetur Prouerbia Salomonis, in quibus non solum agitur de immunitate Mariæ, & definitione eius; & assignatur vnus ex præcipuis scripturæ locus, ex quo talis veritas definietur. Cui forte subijciemus complura Canticorum, & aliorum operum Salomonis loca, eandem veritatem exornantia. *Nonus tomus.* *Salomon non solum egit de immunitate Mariæ, sed etiam de eius notitia authentica.*

46 Tomus decimus erit de quibusdam controuersijs Scholasticis deductis, ex cap. 8. Prouerb. Circa Incarnationem verbi etiam Adamo non peccante, vnde constabit Mariæ præseruatio; & circa peccatum Angelorum, & Luciferi dæmoniarchæ, ex his quæ dicentur ad cap. 12. Apocal. Quia scilicet noluerunt Christi humanitatem substantialiter deificatam adorare, neque Mariam tanquam suam Reginam venerari, & forte istæ controuersiæ per tractabuntur duobus tomis. *Decimus tomus.* *Controuersiæ scholasticæ de peccato Luciferi, & de aduentu Christi Adamo non peccante.* Prou. 8.

47 Tomus vndecimus agit de sexto semine, quod dicitur formæ humanæ, cui respondet in veteri Testamento tempus vocis propheticæ ab Ezechia, vsque ad Zorobabel, & in nouo tempus claræ doctrinæ ab Adriano, vsque ad deiectionem bestiæ, in cuius vesperis, vel completorio sumus, vt merito expectare possimus citissimè soluendum esse septimum sigillum, & aperiendum esse scripturarum ostium, sicut promissum est Angelo Philadelphiæ, ex cuius apertione constabit infallibilis veritas præseruationis Mariæ, ad cuius conspectum docti, Sermones vsque tunc clausos, intelligent, thesaurus absconditus inuenietur, monstra hæresum fugient, oculi Iudæorum à cæcitate sanabuntur, & conuertentur. Hoc tempus est fœcundissimum, continens omnes Prophetas maiores, & minores; & in lege gratiæ litigia, & acta apud Pontificem, circa præseruationem Reginæ Angelorum. Et inter Prophetas mihi præcipuus est Isaias, quia quasi Euangelice pertractat totum nostrum argumentum. Vnde diuisus est in duos tomos, primus erit à cap. 1. vsque ad 48. inclusiuè, & erit tomus vndecimus. *Vndecimus tomus.* *In fine sexti temporis soluendum est septimum sigillum.*

48 Tomus duodecimus comprehendet secundam partem prophetiæ Euangelicæ Isaiæ à cap. 49. vsque ad finem, in quo manifestat intentionem totius sui vaticinij. Sequentem locum deberent occupare cæteri Prophetæ Maiores, & Minores, sed furtim sublati sunt, è cellula nostra, si forte restituti fuerint in lucem producentur. Interim tamen cum apud nos remãserint, aliqua fragmenta præcipuè Ieremiæ, Ezechielis, Danielis, Zachariæ, Malachiæ, & Esdræ tangemus, & coaceruabimus forte in alio tomo, prout Altissimus disposuerit. *Duodecimus tomus.* Isai. 49.

49 Tomus decimustertius aget de septimo, & vltimo semine, idest, de Sabbato, & septimo die creationis mundi per Deum sanctificato, & benedicto, quia in eo primum requieuit Deus ab omni opere, quod patrarat. Vnde à S. Francisco, & Bonav. appellatur tempus primæ quietis, eo quod Adam in peccato suo, faciente laborare Dominum, cum post illum laborem quęreret requiem in omnibus, in sola Virgine illam inuenit, quia illa sola non peccauerat in Adam. Huic semini respondit tempus quietis mediæ à Zorobabel, vsque ad Christum, qui venit toto Orbe in pace composito. Huic semini, & arbori Sacramentali, & figuratiuo respondebit tanquam vberrimus fructus, vt ait Bonav. tempus pacis postremæ, à voce Angeli iurantis (post mortem Antichristi) per Deum viuum, quod consummabitur in Ecclesia Militanti mysterium Dei, vsque ad finem mundi completo numero prædestinatorũ, propter quos conditus est hic mundus; illud septimum futurum tempus postremæ pacis, vocat Bonav. mundi septimam ætatem quiescentium in Ecclesia Mili- *Decimustertius tomus.* Apoc. 10.

tante, post quam immediatè veniet octaua ætas, quæ erit resurgentium ad gloriam.

In die Sabbati primo quieuit Deus.

Isai.2.11.& 66.
Ierem.31.
Ezech.40.
Daniel 7.& 12.
Zachar.13.
Ioan.Apoc.21.& 22.

50 Hanc pacem postremam in via, & Militia Ecclesię graphicè depinxerunt omnes Prophetæ, & præcipuè, Isaias cap.2.11. Et maximè 66. Ieremias 31. Ezech.à cap.40. Daniel passim, Zacharias 13.&c. Quibus respondit Ioann. Apoc.21.& 22. Vnde sicut in illo septimo tempore figuratiuo à Zorobabel, vsque ad Christum præcessit historia Esther, ex qua constat, quod è throno Regio, & iudicialiter Regina fuit declarata immunis, & exempta à lege, & edicto communi, & inde deiecto hoste Aman cum tota domo sua liberatus fuit totus populus: Ita in septimo illo tempore futuro tanquam septimus fructus septimæ arboris Sacramentalium figurarum, mysticus Assuerus, nimirum Ecclesiæ Pontifex, è cathedra declarabit Mariam mysticam Esther Reginam immunem, & exemptam fuisse à communi edicto peccati originalis, & inde destructo Aman mystico, cum tota sua domo, idest, pereunte bestia, cum toto corpore suo, sequetur in illa septima ætate liberatio totius mundi à possessione tyrannica diaboli, quia in illa libertate populi post declarationem Assueri proximè figurata fuit liberatio mundi, post declarationem præseruationis Reginæ nostræ Mariæ.

Esther 15.13.
Esther 16.in fine.
Quies media fuit, quando Assuerus declarauit Esther Reginam immunem à lege communi.
Esther figura fuit Mariæ.
Postrema quies erit, quādo Pontifex promulgauerit præseruationē Mariæ.

51 Item sicut in illo vltimo, & septimo tempore figuratiuo agitur in Machabæis de triumpho reportato in die Sabbati de Nicanore volente contaminare Altare, & Sancta Sanctorum Dei per Iudam Machabæum, & Similiter agitur de celebritate illius diei decreta omnium consilio, eo quod non permisserit Dominus locum suum, & Altare contaminari, vt dicitur 2.Mach. cap.vlt. in fine, quod amputato capite Nicanoris, & manu eius, atque lingua, qua blasphemauerat contra Altare Dei in partes diuisa. Sic communi consilio omnes fuerunt allocuti à versu 34. *Omnes igitur Cœli benedixerunt Dominum dicentes: Benedictus qui locum suum incontaminatum seruauit. Suspendit autem Nicanoris caput in summa arcæ, vt euidens esset, & manifestum signum auxilij Dei; itaque omnes communi consilio decreuerunt nullo modo diem istum absque celebritate præterire, habere autem celebritatem pridie Mardochæi die, &c.* Ita in septimo fructuoso tempore solemnissimè celebrabitur, quod designatus per blasphemum Nicanorem in die Sabbati, & vltima mundi ætate (de qua dixit Paulus ad Hebræos: *Relinquitur ergo Sabbatismus populo Dei*) non potuerit contaminare Mariam, quæ sola fuit locus, in quo inueniens pacem quam quæsierat, requieuit, quæ celebritas decernetur communi omnium consilio.

Effectus figuræ, & rei figuratæ.
Solemnitas Machabæorum de non contaminato Altare Dei præfigurabat solemnitatem præseruationis Mariæ definiendæ.
Machab.2.34.
Sabbatismus Ecclesiæ futurus.

Ad Hebræ 4.9.

52 Et ni fallar hic celeberrimus dies erit ille de quo post mortem Antichristi (cuius prodomus fuit ille blasphemus Nicanor) dixit Daniel cap.12. in fine: *Beatus qui peruenerit ad dies mille trecentos triginta quinque*, quia tunc celebrabitur triumphus reportatus, ex eo quod non permisserit Dominus cōtaminari locum, atque altare Dei, scilicet, Mariam. Hanc celebritatem per cōcordiam ad Ezechielem à cap.40. vsque ad finem describit Ioannes Apoc. 21. post deiectionem bestię, & confusionem Babylonis, Apoc.19. Et post ligationem draconis, cap.20. Vnde hic tomus continebit expositionem, cap.21. Apoc. In quadruplici sensu litterali sub ordinatissimo, secundum quatuor facies Leonis importantis sensum allegoricum; & titulus huius tomi erit. CIVITAS IMMACVLATA, ad coaptationem septimi temporis fructuosi, cum septimo tempore figuratiuo, cuius semen fuit Sabbatum, & septimus dies creationis mundi benedictus, & sanctificatus à Domino pro pace, & requie sua. Vide apud Seraphicum Doctorem in fine serm.16. in Hexam.

Hæc solemnitas fortè fiet post mortem Antichristi.
Dan.12.

Ezech.40,
Apoc.21.
Apoc.19.
Apoc.20.

53 Quartusdecimus tomus exprimet restitutionem paradysi terrenalis, à quo ex peccato Adæ, cum primis Parentibus eiecti exules permanebimus, donec definiatur præseruatio Mariæ, non enim creauit illum Deus, vt non inhabitaretur. Ideò Enoch septimus ab Adam translatus fuit in paradysum, vt & nos speremus septimo tempore habitaturi esse illum. Enoch enim repræsentans totam naturā humanam fuit primitiæ restitutionis paradysi, in lege naturæ, Elias raptus, & ductus in eundem paradysum, in lege scripta, & Ioannes Euangelista viuus translatus similiter, fuerunt primitiæ restitutionis paradysi, ad quem ductus fuit noster benedictus Aresij, & alij. Vnde sicut ab illo facti fuimus exules propter peccatum vnius puri hominis; ita propter præ-

Decimus quartus tomus.

Restitutio paradysi designata in Enoch translato.
Iudæ 1.14.
Genes.5.24.
Eccles.24.16.
4.Reg.2.8.

præseruationem alterius puræ creaturæ, ex meritis Christi Dei hominis nouus ille fœlicitatis locus restituendus erit, vt sic per easdem causas dissoluatur exilium, per quas inductum fuerat. O fœlices illi, qui peruenient ad tẽpus definiendæ præseruationis Mariæ, qui ex meritis, & precibus Christi, & Mariæ tali inhabitatione digni inuenientur! Hæc restitutio exprẽsse promissa, Esdrę lib. 4. cap. 8. vers. 52. *Vobis enim apertus est paradysus, plantata est arbor vitæ præparatum est futurum tempus, præparata est abundancia, ædificata Ciuitas, parata est requies, perfecta est bonitas, & perfecta sapientia, &c.* Non enim creauit illum Deus, vt non inhabitaretur, sicut de terra ait Isaias. Illum vidit, & descripsit Ioannes Apoc. 22. Vnde inscriptio huius tomi erit: PARADYSVS RESTITVTVS.

Esdræ 4. 8. vers. 52. Apoc. 22.

54 Quintusdecimus tomus, qui forte deberet esse primus in coaptatione fructus ad arborem, & ad semẽ primum suæ speciei, ob fœcunditatem, reseruatus est huic numero, quia licet sit de primo fructu, ex primo semine lucis formatæ, continet totum nouum Testamentum, quod inchoatum fuit ab Immaculata Conceptione Virginis Mariæ, vsque ad Clementem, & mortem Ioannis, qui vltimo scripsit suum Euangelium. Hic tomus declarauit qualiter, & quomodo in quatuor Euangelijs, Actis Apostolorum, Epistolis Pauli, & alijs Canonicis agitur de præseruatione Mariæ, & notitia iudiciali illius, ac de mirabilibus ex ea relinquendis in Ecclesia Militante, quando in toto Orbe erit vnus Pastor, & vnum Christi ouile, & in fine illius perstringentur quinque tempora fructuosa, in quibus non tam actum fuit exprẽsse de præseruatione Virginis, quam de dispositionibus ad notitiam illius per augmentum deuotionis, & cultus Mariæ, donec fides Christi radicaretur. Vnde à sexto tempore claræ doctrinæ, in cæpit controuerti talis Mariæ præseruatio, & in dies fuit promota, vt iam sit proxima definitioni.

Decimus quintus tomus.

In sex temporibus noui Testamenti deposita est deuotio Mariæ pro definienda eius præseruatione pro septimo tempore.

55 Decimussextus tomus (ob naufragia, & diuersos, & adversus euentus, ac rapinas domesticas, & exteras nostrarum lucubrationum) claudit coaceruationem diuersorum locorum scripturæ, vtriusque paginæ ad nostrum argumentum expectantium.

Decimus sextus tomus.

56 Tandem magna, ex parte iam elaborauimus, vt in lucem producamus Bibliam Virgineam, vt à principio Genesis, vsque ad finem Apocalypsis interpretemur totam scripturam (omissis alijs copiosissimis sensibus traditis à Doctoribus) de sola Virgine Maria, quia cum tota scriptura respiciat Christum, vt finem totius legis, & Maria, qua Mater semper dicat relationem ad filium, vnde debent esse simul natura, & cognitione, & ideò dicunt plures Patres citati in nostris operibus, quod nulla est pagina immò, nec linea in scriptura, in qua non fiat mentio Virginis Mariæ. Si Deo placuerit præstare nobis vitam perficiemus opus, sin minus ipse dignetur, ex sua clementia, & intercessione nostræ advocatæ nostra vota suscipere, & liberaliter gratiam finalem nobis concedere.

TRES SPECIALISSIMÆ REGVLÆ pro intellectu scripturarum, etiam in compendio recensentur.

57 PLENI Sunt libri Modernorum Canonibus pro intelligendis scripturis, vnde non est mens actum agere, & sic remittimus nostros lectores ad prolegomena Interpretum, quibus nos addimus tres regulas à Sanctis Patribus adductas, sed à nullo quem legerim animadversas, cum tamen illas tradiderint Sancti Patres, ex quibus maximè pendet clara scripturarum notitia, & fortassis, quia illis non sunt vsi Interpretes, nondum sunt explanatæ Sanctæ Scripturæ.

58 Prima regula est, quod nullus est locus in toto veteri Testamento, qui ad litteram, & immediatè possit intelligi de patria, & statu gloriæ, nisi solum

Nullus locus veteris testamenti ad litteram, & immediate intelligi potest de statu gloriæ.
Dionis. de Eccles. hier. cap. 5.
S. Th. 1. part. quæst. 1. art. 10. sub corp.
1. Cor. 10.
Omnes figuræ, & prophetiæ priui sunt implédæ in via, & nouo Testamento, & inde referendæ ad patriam.
Rom. 15.
S. Aug.
Lyra.
Hebr. 4.

lum anagogicè, vel si ad litteram, ad summum mediatè, & valdè remotè, & non immediatè, nec proximè. Sic Dionisius de Eccles. hierarch. cap. 5 quem sequitur D. Thomas 1. part. quæst. 1. art. 10. Sub corpore vbi ait: *Sicut enim, ait Apostolus ad Hebræ. 7. Lex vetus figura est nouæ legis, ita & ipsa noua lex, vt dicit Dionisius, est figura futuræ gloriæ.* Videndus Apostolus 1. Cor. 10. vbi ait: *Hæc autem in figura facta sunt nostri, &c.* Et paulò infrà: *Hæc autem omnia in figura contigebant illis; scripta enim sunt ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum deuenerunt.* Quasi dicat omnes figuras fore implendas, & habituras suum terminum in fine sæculorum, idest, in vltima mundi ætate, in qua (vt ait S. Thomas) per fidem, & amorem Christi finienda est sæcularitas. Hoc ipsum testatur idem Apostolus Rom. 15: *Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.*

59 Hinc S. Aug. citatus in nostris operibus, quod omnia ea, quæ fiunt in Ecclesia præsenti, configurantur his, quæ facta sunt figuratiuè in lege veteri: Et noster Lyra rem ex instituto per tractans, in fine, cap. 4. Epist. ad Hebræos, & pro vtraque parte rem controuertens, ad argumenta respondens ait, ea concludere, quod res veteris Testamenti nequeunt intelligi immediatè de gloria patriæ, sed nihilominus intelligi possunt de statu gloriæ mediatè. Quod sic patet, quia nequit fieri transitus de vno extremo ad aliud sine medio. Cum ergo inter vetus Testamentum, & gloriam patriæ mediet nouum Testamentum, vt per Christum perueniamus ad finem; ideò semper est inquirendum, quid in nouo Testamēto, sit figuratum in veteri. Vnde, quia innumera loca veteris Testamēti nostri Interpretes, non inuenerunt alium sensum, nisi illum, qui expectat ad patriam, nondum sunt figuræ explanatæ, quia in re deficiunt in sensu litterali. Hinc S. Bonav. serm. 16. in Hexam. ex reuelatione Diuina de idæa Ciuitatis descriptæ ab Ezech. à cap. 40. Dixit, ad litteram fore implendam in Ecclesia Militanti, quando implebitur, quod describit Ioann. Apoc. 21. Ex hac regula sequitur. Sit ergo.

S. Bonav. serm. 16. in Hexam.

Serm. 20. in Hexam.

60 Secunda regula, quam tradit Bonav. serm. 20. in Hexam. dicens: *Intelligimus aliquomodo figurarum doctrinam, quibus Testamentum vetus, & nouum plenum est, vt per Apostolum patet, quod passio Christi, & veritas fuit, & figura, similiter Resurrectio, & ideò figuræ nondum explanatæ sunt.* Errant enim nostri Interpretes dum audiunt mortem, & Resurrectionem Christi, & putant figuras, & prophetias circa mortem, & Resurrectionem eius, ita expletas, & euacuatas esse, vt vltra non sint figuræ, & sic deficiunt à pleno intellectu scripturarum, & explanatione figurarum, vt ait Bonav. Nam cum Christus, sit caput totius Ecclesiæ, & hæc sit corpus eius mysticum à capite recipiens omnes vitales influentias, vsque quo perueniat ad virum perfectum, vt dicitur ad Ephes. 4. Omnia, & singula, quæ contingerunt in corpore naturali Christi, fuerunt figuræ futurarum in corpore eius mystico. Passio verissima Christi, fuit figura passionum, quas in fine passura est Ecclesia; & vera eius Resurrectio figura fuit immediata Resurrectionis mysticæ per fidem, & gratiam corporis, ac membrorum suorum mysticorum, & cōsequenter fuit figura, & exemplar mediatum Resurrectionis corporum intermino. Et quia cōmuniter omnes hæc, & similia interpretantur de futuris in fine, & termino, ideò nondum sunt explanatæ scripturę, & figurę. Item omnia, quæ contingerunt in primitiua Ecclesia, tanquam primitiæ messis futurę, fuerunt figuræ futurorum in fine Ecclesiæ, & donec eueniat in toto Orbe, quod in principio factum est in Hierusalem in augmento conuersionis, non euacuabuntur, nec plenæ intelligentur scripturæ, secundum doctrinam reuelatam Seraphico Doctori. Ex quibus colliges figuras veteris Testamenti immediatissimè respexisse euentus in corpore naturali Christi, & in primitiua Ecclesia, & quia hi fuerunt figuræ futurorum in corpore mystico, ideò prius sunt explendę in militia, vt inde valdè remotè referantur ad patriam.

Quæ verè acciderunt corpori naturali Christi, fuerunt figuræ futurorum in corpore eius mystico.
Ephes. 4.

Facta in primitiua Ecclesia, fuerunt signa, & pignora fiendorum in consummatione eiusdem Ecclesiæ.

61 Tertia regula sumitur, ex animalibus Ezechielis, & Ioannis, quæ signant quatuor Euangelia, & quatuor pręcipuos sensus scripturę. Verum in magno Sacramento, nec dum explanato, quodlibet continet quatuor facies subordinatas, & arcanum fuit reuelatum S. Bonav. serm. 13. in Hexam. Vbi videndus est, quas facies cum confundant, & peruertant Interpretes, intelligen-

Quilibet sensus scripturæ habet quatuor facies.

gentes, quæ dicta sunt pro vna facie, de alia, adhuc desideratur verus intellectus scripturarum. In allegoria enim, de qua est Sermo, prima facies hominis respicit Christum: secunda Virginem: tertia Ecclesiam: & quarta scripturam; & eodem ordine, & non inuerso, nec perturbato, interpretandæ sunt scripturæ, vt intelligantur, quæ nondum sunt intellectę.

Quia perturbantur facies, non sunt intell. sacræ scripturæ.

62 Quibus adde regulam Hieronymi super Isaiam, quam refert S. Thomas super Dan. in proęmio, gradu 7. & cap. 8. Quod semper in fine cuiuslibet prophetiæ subnectuntur aliqua, quibus declaratur intētio prophetę, vt patet in Isaia, cuius finis fuit prędicere fœlicitates, quæ referuntur cap. vlt. in Ezech. idæante à cap. 40. pulchritudinem Ciuitatis. Finis Danielis fuit, quod ex percutione statuæ in pedibus, & comminutione metallorum, ac deiectione bestiæ, & pereunte toto corpore eius, & ablata potestate ab omnibus bestijs, daretur Regnum populo Sanctorum Altissimi subter omne Cœlum, idest in terra. Similia videmus in Zacaria, Malachia, & Esdra. Quare cum hæc sint veteris Testamenti, prius, secundum infallibilem regulam Dionisij explenda sunt in Ecclesia Militante, vt mediante illa; referatur ad triumphantem. Omnium horum, & similium adimpletio in militia, exprimitur in vltimis capitibus Apoc. Et hoc emphaticè voluit Bonav. in fine serm. 16. in Hexam. *In septimo tempore futuro erit reparatio Diuini cultus, cum replebitur prophetia Ezechielis* à cap. 40. Audi nunc tempus adimpletionis: *Quando descendet de Cœlo Ciuitas, Apoc. 21. Non quidem illa, quæ sursum est ad Galat. 4. Sed illa, quæ deorsum est, scilicet, militans, quando erit conformis triumphanti, secundum quod possibile est in via, &c.* Ecce repletionem prophetiæ Ezechielis in militia Ecclesię descriptam Apoc. 21. quod similiter est accipiendum de alijs vaticinijs fœlicibus.

Hier.
S. Thom.
Super Dan.
Ezech. 40.
Dan. 2.

Ex fine vaticiniorum intelligitur mens Prophetarum.

Mira consonantia septimi temporis fructuosi, cū septimo figurali.

Bonav.
Galat. 4.

Ezech. 40.
Apoc. 21.

63 Cuncta hęc toto corde, mente, & animo subijcimus (sicut & nos) correctioni S.M.E. nihil de nobis præsumentes, semper fundati in firmissimis doctrinis PP. & seniorum, & singulariter, ac præcipuè in doctrina, quam fatetur Bonav. Sibi fuisse reuelatam, vt ex omnibus nostris operibus liquido constabit. Si illationes non fuerint tam legitimę (vt putamus) defectus erit ingenioli nostri, non voluntatis, quæ firmiter adhęret fidei Catholicæ. Sicut hæc protestatio verissima est, & cordialis, ita Deus nos adiuuet, & meritis filii sui nos à nobis ipsis nos liberet, & precibus genitricis suæ Immaculatissimę maculas, & sordes peccatorum nostrorum abstergat, vt lauati in sanguine agni, draconem vincentes, quę indigne, & inter maculas canere de laudibus Marię inchoati sumus, meritis filij sui perficiamus in patria. Fiat. Fiat. Amen.

Protestatio Authoris.

gentes, quae illa fiat pro vna facie, de alia, adhuc dilatae fuerint in- [illegible] in integra conuersione, [illegible] nisi refoetae [illegible] terra [illegible] [illegible] intelligant, [illegible] interpretan- dae sunt scripturae [illegible] intelligantur, quando sunt intellectae.

Quia [illegible] scripturae.

62 [illegible] Hieronymi super Isaiam, & [illegible] S. Thomas [illegible] in proemio, [illegible] 7. & cap 9. Quod semper in fine cuiuslibet prophetiae [illegible] aliqua, quibus declaratur intellectio prophetae vt patet [illegible] finis sui [illegible] sunt, quae referuntur [illegible] à capite [illegible] Ciuitatis. Finis Danielis fuit, quod [illegible] percutione [illegible] in pedibus, & comminutione metallorum, ac [illegible] & per [illegible] toto corpore eius, & [illegible] potestate ab omnibus [illegible] Sanctorum [illegible] sub toto omne Caelum, id est in terra. [illegible] in Zacharia [illegible], & Esdra. Quare [illegible] secundum, [illegible] hanc regulam [illegible] Ecclesia Militante, vt mediante illa, referatur ad triumphantem. Omnium horum, & similium adimpletio in [illegible] in [illegible] Apoc. Et hoc [illegible] voluit Bonav. [illegible] in Hexam. *In septimo tempore futura erit reparatio [illegible] propheta Ezechielis à cap. 40. [illegible] nunc temporis adimpletio, [illegible] Quando descendet de Caelo ciuitas. Apoc. 21. [illegible] quae facienda est ad [illegible] [illegible] quando erit conformis triumphanti, [illegible]* &c. Hoc repletionem [illegible] Ecclesiae descriptam Apoc. 21. [illegible].

Hiero.
S. Thom.
Super Dan.
[illegible]
Dion.

Ex fine [illegible] intelligitur [illegible] Prophetarum.

[illegible] temporis [illegible] septimo [illegible].

Bonav.
Collat. 4.

Ezech. 40.
Apoc. 21.

63 Cuncta [illegible] (sicut & nos) [illegible] firmissime [illegible], ac praecipue in doctrina, quae [illegible], vt in omnibus nostris operibus [illegible] (vt par amus) de- [illegible] Dei Ca- [illegible], ita Deus nos [illegible] & precibus consiti- [illegible] & [illegible] nostram ab- [illegible] per [illegible]. Fiat. Fiat. Amen.

Protestatio Authoris.